

pleat, inq; castrorum metatione, docetur satis fusè in Hypo-
mnematibus Mauritanis, apudq; Schvnterum: in Euthy-
metricis etiam meis idem propediem monebo.


Lineæ Rectæ ducuntur vel ad mutuos concursus,
vel ad Parallelismum.

Linearum Rectarum concursus mutuus est vel co-
incidentiæ vel intersectionis.

Uterq; concursus est vel ad Perpendicularum, vel
Fortuitus.

Quomodo duæ lineæ sibi mutuò ad Perpendicularum inci-
dant, vel una alteri Perpendicularis sit, id quidem Mechani-
cis notissimum est, qui Instrumenta habent, quorum beneficio
vel ineptissimo Rustico id demonstrare possunt: qualia sunt,
quod Alpharium vulgò dicitur, die Grund- oder Bleywage/Gno-
mon, der Winkelthacke/ etc. inde tamen id etiam cuiusvis perspi-
cuum est, cum lineæ lineæ ita incidit, ut altera neutri alterius,
cui incidit, parti annuat aut abnuat, cuius rei Cœmentarij ar-
gumentum sumunt à
perpendicularo, von dem
Bleygewichte.

Exempli gratiâ, quia
in Lineam A B, Linea
D C in puncto C inci-
dit ita, ut nec ad A nec
ad B inclinât, sed ab u-
troq; æquabiliter ab-
nuat, dicitur lineæ D C,
lineæ A B perpendicu-
lariter insistere vel cū
eadem ad perpendicu-
lum concurrere.



Coin